solitu infes[t]issima ob hoc solum quod cre[illegible]
litur ds. idola autem minus colantur infamant; praeceperas
ergo ut ex omnibus qui haberi ad praesens possunt historia
rum atque annaliu fastis. quaecumque aut bellis grauia aut
correpta morbis. aut fame tristia. aut terrarum motibus
terribilia. aut inundationibus aquarum insolita. aut eruptioni
bus ignium metuenda. aut ictibus fulminum plagisque grandinum
saeua uel etiam parricidiis flagitiisque misera per transacta re
tro saecula repperissem. ordinato breuiter uoluminis textu ex
plicare; maxime cu reuerentia tua in perficiendo aduersu
hos ipsos paganos undecimo libro existente. quorum iam decem
orientes radii. mox ut de specula ecclesiasticae claritatis ela
ti sunt toto orbe fulserunt. Leui opusculo occupari non opor
teret; ET sanctus filius tuus iulianus karthaginiensis ser
uus di. satis fieri super hac re petitioni suae. eadem fiducia qua
poposcit exigeret. dedi operam et me ipsu inprimis confusione
pressi; cui plerumque reputanti supermodu exaestuasse prae
sentiu clades temporum uidebatur; Nanctus sum enim prae
teritos dies non solu aeque ut hos graues. uerum etiam tanto
atrocius miseros. quanto longius a remedio uerae religionis
alienos; ut merito hac scrutatione claruerit. regnasse mor
tem auida sanguinis. dum ignoratur religio quae prohiberet
a sanguine. Ista conlucescente. illa constupuisse; illa concludi.
cu ista ia praeualet; illa penitus nullam futuram. cu haec sola
regnabit. exceptis uidelicet semotisque illis diebus nouissimis.
sub fine saeculi et sub apparitione antichristi. uel etia sub conclu
sione iudicii. quib: futuras angustias quales ante non fuerint
dns xps per scribturas sanctas sua et ia contestatione praedixit.
cu secundu ipsu quidem non qui et nunc et semper e modu. uerum aper
tiore ac grauiore discrimine. intolerabiles tribulationes
temporu illorum. sanctorum probatio. impiorum perditio conse

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_829/0008